Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift

possunt Cum q omnes personas et affectus
cant / Ex hisce tantum duos habemus · plaute
atq; Terencium · Tragedi quoq; perutiles
sunt / Sed latinus hodie preter Senecam
qui fuit magni Senece nepos nullum habemus.
Nisi Gregorius Cornario uenetus / qui in Junene
Terei fabulam que apud Ouidum habetur
in tragediam uertit / Cuiq; in ordine gravitas
et elegancia requiratur / illam in tragedijs.
hanc in Comedijs reperies · Animaduertere
tamen preceptorem oportet · dum tibi Comedos
tragedosq; legit · nequid vitij persuadere
iudeatur / Sed personas que loquuntur · et
effectus qui sequuntur · considerari · ponderari
q; iubeat /

Qui inter oratores legendos primus est tullius

Oratorum uero qui legi possunt · maxima
turba est / Sed omnium candidissimus
est Cicero · qui iocundus iuuentutibus / et
apertus est satis / Nec prodesse tantum / Sed
etiam amari potest / Cuius de officijs libros
tibi nedum utiles verum etiam necessarios
arbitror / Sarpsit et Ambrosius ad eius
imitationem de officijs / non despiciendum
opus · quod cum illo legendum aptissime
putaueritis · ut que fidei nre ex Ciceronis
non consonant / Ex Ambrosio moderamen
accipiant / Sunt opera lactantij limatis-
sima · Nihil hieronimi non expolitum / Augus-
tini sunt emendatissimi libri / Gregorio